



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Bene Meditandi

Berzetti, Nicola

Coloniae Agrippinae, 1658

Exercitatio sensuum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

do, quod si applicandi essent sensus, duobus vel pluribus mysteriis, conveniat, ne multiplicentur præludia, conjungere simul duas vel plures historias diversorum mysteriorum, ut fiat unicum primum præludium : & duæ vel plures constructiones loci, ut fiat unicum secundum, & denique duæ vel plures petitiones, ut fiat unicum tertium, quo sic animus disponatur, pro omnibus mysteriis propositis, quemadmodum decet.

- Exercitatio Sensuum.

Incipiet ab applicatione visus, exercendo illum in aspi-

endis successivè omnibus illis personis, actionibus, rebus, &c. circa quas convenienter naturæ suæ potest operari: deinde applicabit auditum, ad verba & alia sibi propria postea Odoratum, & Gustum, & Tactum, singulos circa sua objecta, percurrendo quantum fieri potest, universa.

Modus exercendi Sensus.

Modus hoc exercitiū perficiendi erit, ut quis sibi proponat, ac si revera illud videret, vel audiret vel odoraret, vel gustaret, vel tangeret, & postea brevem discursum desuper faciat,